

rius ex sola illius negligencia, & absque fraude; fecus, si ita se colloceret, ut posset videre, vel si alium constitutum, à quo admoneatur. 4. Si chartas dicat nosse inter habendum, quas ante non signaverat, nec noverat; fecus, si ante eas signaverat, vel noverat, ignorantie socio.

2611. Religious potest aliquid moderatum ludo alienare, sicut potest aliquid moderatum de Superioris licentia donare. Uxor potest aliquid ludu exponere juxta sui status conditionem. Similiter filius, quia censetur, patrem vello ei honestam recreationem concedere. Item potest filius ludu exponere bona castrensis, vel quasi: minimi profectio, & adventitia fine confessio patris. Vide tom. 2. num. 168. Et uxor exponere potest bona paraphernalia. Vide tom. 2. num. 169. Denique servus potest ludu exponere pecuniam propria industria acquisitam, vel à Domino acceptam cum permissione, ut pro suo libito expendat; vel si de pecunia ob alimenta tradita, servus parce vivendo, aliquid sibi reservert. Vide num. 2623.

2612. Qui ludit cum iis, qui alienare non possunt, jam relatis, peccat, & vincens restituere tenuit totum illud plus, quod illi alienare non possunt; quia acceptarunt rem alienam, invito domino. In ludo autem filii familiæ pater non solet esse invitus, nisi quoad modum, nisi jactura sit cum nimio excessu.

E converso, qui alienare non possunt, si vincent, restituere tenentur illud plus, quantum alienare non poterant, quia non servatur equalitas collaudentium, dum vincere voluerunt, & perdere non potuerunt; excipitur, si collusor sciatis, illum alienare non posse, tunc vincens non tenetur restituere, quia scienti, & confidenti nulla sit injuria.

2613. Qui ludo lege humana prohibito perdit, non tenetur in conscientia solvere, nisi solueretur, juraverit; si vero vicerit, non tenetur restituere antea sententiam Judicis.

2614. Ludere pro psalmo, vel oratione dominica recitanda non est peccatum, nec irreverentia. Vide num. 2400. Scotus cit. Mafrius in Theol. Mor. disp. 9. num. 78. Bonac. tom. 2. de Rest. disp. 2. q. 3. uijq. ad 4. Tamb. tom. 1. lib. 8. tract. 2. cap. 9. 5. Joan. de la Cruz 7. præc. q. 1. art. 5. dub. 13. Busemb. lib. 3. tract. 5. cap. 3. dub. 13. Clericatus cap. 101.

CAPUT III.

DE FURTO.

2615. Furto est, ablatio, seu detentio occulta rei alienæ invito rationabiliter domino. Rapina est, occupatio rei alienæ cum violencia. Unde supra malitiam iniustitiae furti addit injuriam violentia.

2616. Plagium est, furton hominis liberi scient venditi, vel empi. Plagium, & rapina addunt

malitiam specie distinctam in confessione explicandum. Vide num. 2159.

2617. Furum quantitas notabilis est mortale, parvæ veniale. Et quia malitia furti consistit in detrimento, quod proximo infert, quantitas ad mortale sufficiens haud melius desumitur, quam per respectum ad personam, quæ damnificatur. Hinc

QUANTITAS INTER EXTEROS

2618. EST gravis ad mortale sufficiens. 1. Si à paupere fureris duos julios, seu duos tarenos siculos cum dimidio: inter pauperes venient artifices illi, qui vivunt ex labore diei, & tantum uno die lucrantes, quantum ad unius diei viatum sufficit. 2. Si à valde dñe fureris unus scutum. 3. Si à persona media, seu communis fureris quatuor julios, seu quinque tarenos siculos: inter personas medias, seu communes veniunt persona ille, quæ non sunt pauperes, nec valde divites, sed commodes, que plus uno die lucrari solent, quam ad unius diei viatum sufficiat. A præfatis tribus generibus personarum minus auferre est veniale. Auferre à Princeps ditiissimo duos aureos non est mortale; mortale tamen est auferre à mendicis unum julium, seu tarenum siculum. Similiter mortale est acum auferre à Sartore, qui alium non habens, omittit operam illius diei; nam infert notabile dampnum.

2619. Aureus numerus, seu scutum aureum, licet crescere, & decrescere soleat, regulariter tamen importat tredecim julios cum dimidio, seu tarenos decem, & septem cum dimidio.

PLURA MINUTA FURTA

2620. COMmittens, furando per plures vices modica, five ab eodem, five à multis, deveniendo ad quantitatem notabilem, peccat mortaliter, etiam in prioribus furtis non habuerit animum deveniendi ad quantitatem notabilem; & tenuit sub mortali ad restitutionem, non totius quantitatis ablato, sed illius, quæ complevit quantitatem notabilem reliqua verò, quæ remanent, cum remaneat materia levis, sicut ante remanet sub one re restitutionis, solum sub veniali, sicut ante. Et licet furans modica à multis, etiam deveniendo ad quantitatem totalem notabilem, inferat leve dampnum singulis; infert grave dampnum communiti, quæ, sicut & ipsi domini sunt rationabiliter graviter invicti, nonolentes, quod multi dentur hoc modo furandi modica à singulis: eo maximè, quia id est contra publicam, & singulorum civium securitatem, ac indemnitate, quoniam, hac data libertate, possint venditores in mercibus vendendis, quid parvum surripere à singulis.

2621. Major tamen quantitas requiritur ad mortale, quando quis per repetitas vices, semper modica furat ab eodem, quia illi minus detrimentum patitur, & est minus invitus, quam furando simul; nonnulli tenent, quantitatem esse debere di-

midio majorem. Et major requiritur, quando quis furatur à multis, modica à singulis; unde Thom. Sanchez, & Rebell. dicunt, non peccare mortaliter eum qui in Civitate populoſa furatur modica à multis, si non deveniat ad quantitatem unius aurei.

2622. Item ad peccatum mortale in repetitis furtis requiritur, quod sit continuatio moralis temporis; fecus, si intercedat magnum tempori intervallum. Magnum temporis intervallum, & intertrumpio moralis ab aliquibus (apud Tamb.) reputatur, si inter unum, & alterum furtulam intercedat annus; ab aliis, si sex menses; ab aliis, si unus; ab aliis, si quindecim dies; sed recte Tamb. advertit, in taxanda quantitate, & tempori intervallu, in his, & similibus casibus, meliorem regulam defundent esse à prudentia, considerando damnum proximi, aut communitat, ejusque invulnerarium.

2623. Casus, in quo plures furantur singuli modica, sed simili ab eodem, v. gr. unum uxrum cum ex eadem vinea, resolutus est in tom. 2. num. 15.

2624. Dices:onus restitutionis ex delicto, ut in casu iniusta acceptio, non obligat sub mortali, nisi adiut culpa mortalitatis; sed in damno illato per plera furtula non adiut culpa mortalitatis, bene verò venialis: ergo non oritur ex illoonus obligans ad restitutionem sub mortali. Minor probatur, quia in singulare furtulis latrunculus iste non peccavit nisi venialiter, infinita autem venialis non possunt integrarie, aut confidere unum mortale.

Reip. concessa majori, negando minorem, pro cuius claritate est distinguendus casus, vel iste latrunculus in ultimo furtulo constituentem cum prioribus quantitatibus notabilibus, advertit ad precedentiam furtulam, vel non: si advertit, peccavit mortaliter in ultimo furtulo, quod licet in se sit modicum, relate ad precedentiam, cum quibus mortaliter continuauit, constituit damnum notabile, & est mortale.

Si tunc non advertit, sed advertit postea, subditingo: vel quando advertit, habuit animum non restituendi, & tunc incepit peccare mortaliter, ut in iustus detentor, quantitatis notabilis; vel habuit animum restituendi, & tunc licet non peccaverit mortaliter, tenuit sub mortali ad restituendam ad preceavendam culpam mortalem, quam incurseret, si restituere nollet; & hoc pacto,onus restitutionis in casu oritur ex culpa mortali, nec sequitur, quod plura venialia integrum unum mortale, quia peccatum mortale committitur, vel in ultimo furtulo, vel in voluntaria detentio, totius summae notabilis; furtula enim sunt actiones talis naturæ, ut possint inter se continuari mortaliter ad constituendum unum damnum notabile. Vide in pag. 5. Prop. 38. ab Innoc.

XI. danni.

Furtum.

QUANTITAS FURTI INTER DOMESTICOS.

2625. QUANTITAS furti filiorum, & uxoris ad mortale sufficiens debet esse major, & talis erit, si quantitas in num.

2618. assignata pro exteris duplicitur. Sed in hac re aptior regula est prudentia. Item in furtis filiorum, & domesticorum, debet attendi an pater, maritus, dominus sit liberalis, dives, amans, si furtum sit de effulentis, non de pecunia, & si de pecunia, non frequenter, sed raro, tunc enim solet esse minus invitus; & sapè filius in furto notabilis, pecunia à peccato mortali excusat, quia prudenter dignoscit, attentis conditione, & amore patris, patrem non esse invitum quæd substantiam furti, sed quod modum, quatenus clam rapuerit, ad vanam expenditure, &c.

2626. Hac ratione famuli sapè à mortali excusantur in furto comestibilium, quæ domo non exportant, neque dividunt, sed ipsi domi consumunt, nisi si cum excello. Similiter (ait Leff.) Furti minorum famularum ex comestibilibus, quæ claudi non solent, non colescere, si non ad vendendum, sed ad comedendum accipiunt. Domini namque regulariter sciunt, & dissimulant. Confessari tamen in hac re, nec debent esse laxi, ne famularum liberas in excessum prorumpat, nec tam asperi; sed uti debent prudentia, famulos à similibus dissuadendo; & optimè faciunt, si injungant, ut in compensationem, maiorem famulatum dominis præstent, quando furtæ non sunt nimis dannosa domini, & famuli sine magna difficultate restituere non valeant.

2627. Uxor sine confessu viri potest moderatas elemosynas facere, & moderatas donationes, seu largitiones liberales ad conservandam decentiam sui status, juxta morem aliarum mulierum similes conditionis; nec osit, si vir prohibeat; quia est irrationaliter invitus. Tamb. cum aliis concedit uxori, cuius vir est mediocris patrimonio, ut infumere possit duo pro cento pro elemosynis, & alia duo pro liberalibus largitionibus: imo plus; si vir sit ditissimus, semper tamen potior est regula prudentia.

2628. Filius, si notabile summam de bonis parentum surripiat, illis rationabiliter invitus, peccat mortaliter, & restituere tenuit; quod si non possit, debet eorum rationem habere in divisione hereditatis cum aliis fratribus, nisi alii fratres pariter simile quid rapuerint.

2629. Et sicut peccat mortaliter uxor surripiendo notabile summam invito rationaliter marito de bonis mariti, aut quorum est usufructarius, & administrator, atque ad restitutionem tenuit; ita, & maritus, si pariter surripiat de bonis paraphernalibus uxoris. Vide tom. 2. num. 169.

2630. Non peccat uxor subducendo aliqua, vel compensationis causa, si vir sit prodigus, quia est tunc facit uxor injuriam, partem ipsius profundiendo, vel pro vic

tu, restibus, ceterisque sibi, vel familia necessariis, qua
matris sapè non intelligent, & frusta ab illis petentur.
Bufemb.

2631. Sine furti crimen potest uxor succurrere ne-
cessitate sui patris, aut matris, sua prolis ex alio matri-
monio, etiam nolente marito, ex bonis propriis, aut com-
muniis, diminudo post mortem viri ea, que largitur, in
sua portione computat; quia illa iure natura tenetur eos
alere, & maritus debet in hoc confiteri; quod aliqui ad
seores, fratres, & sorores probabiliter extundunt. Bufemb.
& Ardekin.

2632. De quantitate furti Religiosorum suffi-
ciente ad mortale, communiter Doctores discurre-
unt, sicut de quantitate furti filiorum, v. num. 2625.
attendi etiam debet Monasterii opulentia. Fagundez
cum Navar. ait, non peccare mortaliter Religiosum,
si de bonis Monasterii dimidium scuti furetur, & ex-
tra donet.

2633. Id mihi verum est, majorem quantita-
tem requiri, ut peccet mortaliter contra paupertatem
malitia proprietarii, quam ut peccet mortaliter
contra justitiam malitia furti; quia malitia furti con-
cernit damnum tertii, adeoque superior est magis
invitus: malitia proprietarii, & malitia furti sunt
duae specie difinitæ, prior contra paupertatem, pos-
terior contra justitiam; quæ sepe sunt simul in eo-
dem actu, ut cum rem Monasterii invito superiore
retines, aut extra donas, vel cum rem tibi a facula-
ri datam, invito superiore retines, aut extra das
nam quidquid Monachus acquirit, pro Monasterio ac-
quirit.

2634. Separantur, ut cum rem à seculari re-
cipis in tuos usus consumendam, aut alteri, five in-
tus, five extra, ad tu placitum distribuendum; tunc
contra paupertatem peccas, non contra justitiam,
malitiam proprietarii contrahis, non furti; quia ita
præfata voluntate dantis, Monasterium non ac-
quisivit dominium rei. Rodrig. in Sum. tom. 4. cap.
118. num. 27. & 29. Sotus, & Aragon tenent, Re-
ligiosum non committere furtum mortale, nisi quan-
do accedit ad summam duorum aureorum. Vide à
num. 2619. At hac opinio, licet possit habere lo-
cum quoad malitiam proprietarii, et tamen laxa, &
non practicanda, quoad malitiam furti. Hinc si de
rebus communis, aut maximè alterius Religiosi,
furoris pluquam dimidium scutum argenteum, licet
non pecces mortaliter malitia proprietarii, mortaliter
peccas malitia furti.

2635. Revera tamen, licet pro malitia pro-
prietarii major quantitas ad mortale requiratur, quam
pro malitia furti, certa regula tradi non potest,
sed pro utraque est remittenda prudentia, & confide-
ratis circumstantis superioris expressis, & superioris
involuntarietate. Major quidem quantitas ad mor-
tale requiritur, si res, quam Religiosus extrahit, sit
de acquisitis proprio labore, & industria, aut de si-
bi ab amico extero donatis, quam si non sit. Major,
si rem præfata detineat, non ad distribuendum ex-

tra, sed ad consumendum ad proprios, præsertim
necessariis usus; quia in his casibus superior est mi-
nis invitus. Et major, si Monasterium Religioso de
necessariis non provideat.

2636. Bufemb. lib. 4. cap. 1. dub. 4. addit: si
Pratalus sciat, subditum aliquid accipere, retinere, vel ex-
pendere, & non prohibet, cum fasile posse, tacite conser-
tare, & approbare videtur. Unde Sanch. Mor. cap. 19.
ait: Si in aliqua Religione consuetudinaria viget aliqua reci-
piendi vel expendendi sine licencia, id excusari per raci-
mentum Pratali, qui id tolerando consuetudinem rationa-
biliter declararat. Vide à num. 990.

IN EXTREMA NECESSITATE

2637. **N**ON est fur, nec peccat, qui rem al-
terius surripit; quia in extrema ne-
cessitate omnia sunt communia. Ita ut nudum ipse in-
digenis, sed aliis (si de suo non habeat) possit surri-
pere ad eum sublevandum; quia tunc surripit nomi-
ne indigentis, & ut ejus instrumentum. Tamb. tom. 1.
lib. 8. trad. 2. cap. 6. §. 2. num. 1. Ant. à Spir. S. de
Rei. trad. 10. disp. 9. scil. 8. num. 417. Vide à num.
406, qui verò in gravi necessitate rem alterius surri-
pit, per eft, & peccat mortaliter. Constat ex cap. §.
quis 3. de Furtis: Si quis ob necessitatē famis, aus
natūtis, furatus fuerit cibaria, vestem aut panes, pœni-
teat per hebdomadas tres, & si reddiderit, non cogatu-
re. Ratio est, quia sola extrema necessitas fa-
cit rem alterius communem, unde in gravi necessi-
tate res alterius non sit tua, & inde non potes eam
accipere invito domino: hinc qui extremitate indigentis
non subvenit, contra justitiam peccat, & charita-
tem; qui verò graviter indigenti non subvenit, peccat
solum contra charitatem. Tum quia opposita
opinio aperit viam scutum, quia nullus fortè ex infi-
ma plebe esset, qui se in gravi necessitate existere
non affectaret; adeoque merito est damnata. Prop.
36. ab Innoc. XI. pag. 4. Vide à num. 2739.

2638. Difficilias est: An qui in extrema ne-
cessitate rem alterius surripit, teneatur eam restituere, si in
tempore fortunam devenerit? Afirmat Navarros; quia extrema necessitas ni-
hil aliud requirit, nisi ut si indigens subleveatur: suf-
ficienter autem sublevarer per mutuum, aut ad-
commodatum cum onere restituendi in casu pinguis
fortunæ, abfque eo quod dominus re sua spo-
lietur.

Negat verò Scotus in 4. d. 15. q. 2. lnt. KK.
quia extrema necessitas facit omnia esse communia;
adeoque transfert rei alterius dominium in extreme
indigentem, quantum ad eam convertendam in pro-
prium usum; ac proinde non tenetur ille fibi præju-
dicare per mutuum, aut commodatum. Quid intel-
lige in rebus ordinariis, minime extraordinariis prei-
i, ut in num. 2332.

2639. Fatetur autem Scotus citatus quod si
res confumpta in extrema indigentia, sit ab eo raptæ,

non

Extrema necessitas.

non urgente extrema indigentia, sed ante, teneatur
eam restituere deveneriendo ad pingue fortunam,
quia onus restitutionis tunc habuit octum ex radice
delicti, quod præiudicante extrema indigen-
tia, non extinguitur, sed suspenditur. Plures ta-
men apud Tamb. adhuc hunc à restituione li-
berant: omnino tamen sentio cum Scoto. Vide
num. 2338.

2640. Item, qui in extrema necessitate rapuit,
& totum non consumpsit, teneatur restituere, quod
remansit. Quid si totum consumpsit, ipse tamen,
urgente necessitate extrema, aliunde habebat, sed
non poterat ut sit, iste utique, quando est expe-
ditus, teneatur id, quod rapuit restituere, quia hic
non dicitur usque in extrema necessitate simpliciter,
sed secundum quid: unde pro eo habet locum opini-
o, & ratio Navarri. Casus contingere potest in eo,
qui bona possidens carceribus detinetur, aut capiti-
vus evadit, qui proinde suis rebus ubi non valet, &
sic in extrema constituitur necessitate.

C O M P E N S A T I O

2641. **E**ST licita, si tres interveniant condi-
tiones. 1. Si non spes faciliter ren-
tuam, quam aliis detinet, apud Judicem obtinere,
sed difficeret, & gravibus expensis, ob debitoris
potentiam, aut Judicis iniustitiam, vel negligen-
tiam, & maximè si exinde iniuriantur debitoris ti-
mes. 2. Si non aduersus periculum aliquius danni, aut in-
famia tui, aut alterius innocentis. 3. Ut oportuno
tempore tuos hæredes, aut debitorem, vel ejus hære-
des monetas, debitum jam esse solutum, ne iterum
tuis hæredibus solvatur; his conditionibus adhibere, rem
licit potes occultam compensationem adhibere, rem
alterius surripiendo, aut detinendo pro tua re, quam
certò iniustè ille detinet, quia tunc non es fur, sed
justus compensator; quilibet enim habet jus ad re-
cuprandum suum indemnus. Quia facta compen-
satione, res alterius in tuum dominium transit, ita
ut, si pereat, tibi pereat.

Q U A R E S:

2642. Petrus mittit Paulo tibi debitoris donum,
possis illud pro te retinere in compensationem?

Resp. cum Tamb. te posse, si donum sit accepta-
rum a tuo debitoris; quia tunc accepisti rem de-
bitoris, ad quam habes jus. Non posse, si non sit jan-
ceptatum; quia accepisti rem Petri, in quam non ha-
bes jus.

F A M U L U S

2643. **C**ompensari non potest per hoc, quod
pater, operam suam esse majorum
salarium, quod recipit; quia vel id putat sub dubio,
vel probabiliter; si sub dubio, non potest dominus
spoliari possessione certa per jus dubium alterius; si
probabiliter, adhuc adiunt rationes probabiles pro
domino, qui proinde non potest spoliari possessione
certa per privatum judicium ipsius partis; sed est

remittenda res judicio Judicis, vel prudentis, & do-
ctri Confessarii, qui plura considerare debet.

Et præfertur confidere debet. 1. In condu-
ctione famulorum triplex dari premium: supremum,
medium, & infimum, ne in mercibus, quod men-
surari non debet cum integra fulgentia ipsius fa-
muli, ejusque familiæ, sed cum valore laboris. 2.
Confuetudinem. 3. Si famulus rogavit dominum pro
suo famulari; quia merces ultro non ritecur. 4. Si
stipendium sit tenui, sed dominus habuisset alios,
qui pro eodem salario famularent; tunc famulus oc-
culte se compensando damnum inferret domino, non
sic, si dominus alios non habuisset. Vide num. 2739.

2644. Si famulus pauperitate coactus suum fa-
mulum venderet pretio tenui, minori infimo; &
non essent alii, qui pro eo servirent, concedit Tamb.
tom. 2. de Contr. lib. 9. trad. 4. cap. 7. §. 1. num. 20.
quod possit famulus se relarcire, quia tunc non est
causa damni emergentis domino; unde non est de
fraudandus famulus iusta mercede.

2645. Puto autem, cum se refarcire non posse,
qua in conventione expresse condonavit, domino
partem jutti stipendi, & quidem liberè; nam non
fuit coactus coactione extrinseca facta à domino, sed
conventionem pretio tenui liberè elegit, tamquam
medium ad propriam paupertatem sublevandam.
Tum quia hic videtur ultro non venditor sui famu-
latus: & dominus, si famulus renuisset, licet alios
non invenisset, vel tali famulatu se privasset, vel alio
modo providisset. Si verò in conductione non fuerit
expresse facta conventione pretio tenui, nec famulus
habuit intentionem condonandi partem jutti stipendi;
tunc, si accedente tempore solutionis, dominus
tenue salarium solvat, potest refarcire; quia ne-
mo presumitur velle servire gratis; debet autem pro
sequenti tempore suam mentem de non serviendo te-
nui pretio domino declarare, alia tenui salario con-
sentire videbitur.

2646. Quoties autem famulus est mortaliter cer-
tus de iniustitia domini, & majori salario ibi debito,
quod aliter commode obtinere non potest, tunc po-
test licet per occultam compensationem se refarcire,
qua tunc non est simpliciter putans, sed certò sciens,
& quilibet habet jus ad reparandum jus proprium
certò lasum.

2647. In tali casu erit famulus. 1. Si invi-
tuerit a domino coactus dolo, minus, &c. ad ser-
viendum pretio minori insimo iusto. 2. Si dominus
premium minus solvat, quam fuerit in pecto conven-
tum. 3. Si dominus salarium solvat, non in pecunia,
sed in aliis rebus, quibus non eget, & quas cogitare
vendere viliori pretio; vel si eget, dominus tradit
cariori pretio, & famulus solet emere, benignioris;
quia tempore opportuno, quo solent inferiori pretio
emti; quia sic patitur damnum, & nihilominus non
valet tales merces domino recuperare sine proprio däm-
no. 4. Si dominus ultra famulatum, super quo est
facta conventione, alium extraordinarium famulatum

Him

242

Tomus I. Exam. Confessar. VII. Præc. Dec.

imponat, qui distincto salario solet conducere; tunc potest famulus se refarcire, quia nemo presumitur velle servire gratis, nisi id expresserit, aut intentio nem feriendi gratis haberit.

2648. Id dixi de famulatu extraordinario, nempe de alio famulatu notabilis; qui à persona distincta, & pretio distincto fieri solet; quia sunt plures ordinarii famulatus, qui ultra conventum, à famulis gratias praestant solet dominis, adeoque non possunt licet de illis se resarcire. Vide in pag. 4. Prop. 37. ab Inno. XI. dann.

2649. Dominus non tenetur in conscientia famularum famulo in infirmitate solvere, sicut non tenetur conductor pensionem, solvere, quando non utitur re conducta ob defectum locatoris. Valde tamen laudo piam consuetudinem, qua Panormi extat quamplurium nobilium, qui integrum salaryum famulisi in infirmitate solvent; ceteros ad opus charitatis tam sanctum enixe moneo.

QUÆRES I:

2650. Dominus volens plures tabulas depingere, vocavit pictorem; at quia futuri discordes in quantitate preti, ei ad pingendum se obrulit famulus, qui perfecit picturas, sed nullum ei fuit solutum pretium: An posse occulere se rejicere?

R Eps. posse, si non fuit facta conventione, nec habuit intentionem pingendi gratis, quia dignus est operarius mercede sua; & quando agitur de labore, & opera notabili, nemo presumitur velle praestare gratis, nisi expresserit. At non debet sumere pretium, ut alii pictores, sed minus, ut ultroneus vendorius sua industria, & opera. In quo pretio computari debet defectus famulatus, si notabiliter ob picturam à famulatu defecerit. Vide num. 2463.

QUÆRES II:

3651. An licet Christianis surripere à Turcis, & Mauris?

UT solita claritate procedam, dicam prius de Christianis existentibus in partibus Turcarum, & Maurorum, postea de Turcis, & Mauris existentibus in partibus Christianorum. Quantum ad Christianos existentes in partibus Turcarum, & Maurorum.

2652. Certum est, quod Christiani, qui iniuste ab infidelibus captivi detinentur, cujusmodi sunt, qui detinentur à Turcis, aut Mauris, licet posint à dominis particularibus surripere quantum sufficit, ut redimantur, & est necessarium ad fugam & iter ad suos, ex Decr. S. Congr. S. Officii 13. Augusti 1630. apud Dianam p. 5. tract. 13. ref. 98. & Peyr. de Priv. tom. 3. cap. 4. num. 43.

2653. Quid autem servi Turcarum possint, tam à suis dominis, & ab eis, à quibus sunt injuria affecti, seu capti, surripere quæcumque voluerint, docet Diana cit. Idque nedum ratione compe nsationis injuriarum captivæ libertatis, &c. & dannorum

in suis negotiationibus, & bonis ob absentiam à patria; verum etiam jure belli, & ex praesumpta Christianorum Principum voluntate. Turci namque sunt publici hostes, & Christianorum dominia, ac bona tyrannicè usurpaverunt, & posident, unde Principes Christiani habent contra eos jus perpetuum bellum gerendi, bonis spoliandi, & compensandi: at quia non valent ex se ipsis id immediate ad equalitatem praestare, rationabiliter presumuntur, illud privatius fidibus concedere, maximè ad hostium vires debilitandas. Unde in part. 7. tract. 7. refol. 11. concludit: sed me consiliente Servi Christiani à Turcis fugientes, bona ab ipsis sublata secundum fidei retinent, & expendant, etiam in quacumque maxima quantitate.

2654. Imò eadem ratione in part. 5. cit. cum Molin. idem extendit ad Christianos liberos in terris Turcarum manentes; cum hac tamē limitatione, ut non adlit scandalum, damnum aliorum Christianorum, mendacium, perjurium, aut fractio fidelitatis, ad quam tenetur, qui sub fide Regia ibi morantur, aut negotiantur. Et aliqui putant (sequitur Diana) etiam in his casibus peccare quidem Christianos, bona Turcarum surripiendo; non teneri tamē ad restitutionem. 1. Quia contra charitatem, religionem, aut fidelitatem peccant, non contra iustitiam communitativam. 2. Quia restituere augerent vires hostibus Ecclesie. 3. Quia licet non quoad modum, quoad substantiam presumunt consensus Principum Christianorum. Addit tamen:

2655. (Sed ego hanc sententiam non approbare, in casu, qui inter Christianos, & Turcas adfert tempus tregua, vel aliquicis salvi conductus; in his enim casibus non potest presumi consensus Principum, neque quoad substantiam, neque quoad modum.) Ita Diana.

2656. Quantum autem ad Turcas existentes in locis Christianorum (quidquid alii teneant) omnino dico, non posse Christianos illorum bona surripere sine peccato, & onere restitutione, si pacificè in nostris locis degant nam (seclusi scandali, & malis, que quidem vitari non possent) vel morantur ratione tregua, salvi conductus, aut ut publici negotiatores sub fide Regia; & tunc recurrat doctrina P. Diana de num. 2655. Tum quia negotiatores solvunt super mercibus debita vestigia Principibus Christianis. Item promissio, & pactum est contractus, qui inducit obligationem iustitia: Vel morantur, ut persona privata, sive liberi, sive servi; & tunc sunt subditi Principibus Christianis, adeoque quoad hoc sunt, ut alii subditi tractandi.

2657. Ex dictis sequitur, non peccare Christianos in terris Turcarum existentes, fraudantes gallinas à Turcis impositas; nec in terris alterius Principis infidelis, qui iustito titulo possident terras iusti principi fidei ablatas. Diana part. 7. tract. 7. ref. 65. Vide num. 2707.

QUÆRE

QUÆRES III:

2658. An uxor posset licet vivere ex bonis mariti, furo, vel per usum acquisitus?

R Esolutionem dat Verricellis tract. 3. q. 32. num. 4. occasione alterius causus. An scilicet soror pauperum posset licet vivere ex cibis & fratre adultera emptis ex pecunia ab adultero furtata diuino modo ipsa eorum adulterio, aut furo non cooperetur? Et et sequitur:

„ Posse excusari hæc mulier ex altero capite, & suppono, probabilem esse opinionem, licet posse uxorem vivere ex bonis mariti per ultimum acquisitus. Ita Navarr. cap. 17. num. 268. Vazquez de Refutat. cap. 11. dub. 3. Molina tom. 2. disp. 330. „ S. de Uxore, Layman. lib. 3. tract. 3. cap. 11. in fine contra Sylv. v. Usura 8. q. 2. Quod tamen opinionem ego cum aliqua restringione admitterem, nempe si pecunia ultimum esset confusa cum aliis mariti, vel ab isto expensa in emptionem ciborum, quia pecunia post confessionem, & cibi empti sunt in dominio mariti; secus esset de ipsis pecuniis usurariis in individuo extantibus, has enim cibas, utpote alienas, mulier consumere, & expendere nequit. Ratio hujus opinionis est, quia cum pecunia confusa, & cibi empti, sint in dominio mariti, qui ex iustitia tenetur non solùn restituere ulturas, sed etiam ex iustitia tenetur præbere alimenta uxori; ita non peccat, si accipiat, quod est sibi ex iustitia debitum: etiam cum præjudicio creditorum, seu solventium ulturas.

„ Eodem modo dici posset in casu nostro: soror adultera, cum sit minus pauper, tenetur ex iustitia altere sororem pauperum. Gloss. & DD. in L. Qui filium, ff. Ubi pup. educ. debet. Surdus de Aliment. tit. 1. q. 25. ergo ista soror pauperum in nocenti non peccat, si accipiat cibos emptos ab adultera ex pecunia furtata, modo ipsam individuali duam furatum pecuniam non accipiat.

De Furto agunt Scotus in 3. d. 38. q. unic. litt. A. in 4. d. 15. q. 2. litt. KK. Maistrus in Theol. Mor. disp. 9. q. 1. Joan. la. Crux 7. præc. q. 2. Bonac. tom. 2. de restitu. disp. 2. q. 8. Diana part. 5. tract. 13. refol. 98. tract. 5. ref. 34. p. 1. tract. 6. ref. 34. & alibi Tambur. tom. 1. lib. 8. tract. 2. Bulemb. lib. 3. tract. 5. Cardenas dis. 23. Mendo de Furto sacrilego. Vide num. 560. & num. 1521.

CAPUT IV.

DE RESTITUTIONE.

2659. **R** Estitutio, secundum nomen, ex D. Thom. est, aliquius in sua possessione, aut domino iterata statu. Secundum rem, per Juristas: est actus iustitia, quo reparatur ad equalitatem damnum proximo illatum per injuriam. Per Scotum in 4. d. 15. q. unic. litt. AA. est redditio

justitiae commutativa ad equalitatem. Injuria alia est materialis, quando damnum est illatum inadvertenter, aut bona fide alia formalis, quando est illatum scienter, ut cum scienter quis rem alterius surripuit, aut si bona fide: accepte accedente mala fide retinet; & non vult restituere.

2660. Obligatio restitutionis solùn oritur ex justitia commutativa lata; unde si lato sit contra charitatem, aut aliam virtutem, non obligat ad restitutionem. Ino neque ad restitutionem obligat justitia distributiva lata, nisi sit ei annexa justitia commutativa: v. num. 2355.

Hinc Prelatus conferens beneficium non cursum digo, omisso digniori, peccat mortaliter, sed non tenetur ad restitutionem; quia solam justitiam distributivam ladiit. Si vero relicto digniori, conferat digno beneficium curatum, & peccat, & tenetur ad restitutionem; quia hæc justitiam commutativam; nam eo ipso, quod Prelatus indicit concursum, fit contractus quidam inominatos: do, ut des: ac proinde Clericus ad examen accedens, si suo competitori prævaleat, acquirit jus strictum ad petendum, ut illi detur, v. num. 1281. quod est objectum justitiae commutativa.

2661. Ad beneficia autem ex Trid. sess. 24. de Reform. cap. 1. promovendi sunt digniores. Nec dicas, Conc. per ly digniores, sumere comparativum propositivo, aut id dicere solū ad excludeados indigos; quia est extorta expositio, dum Concil. clare uitur co-nparativo, illudque replicat, digniores, & Ecclesiæ magis utilis. Vide in pag. 5. prop. 47. ab Innoc. XI. dann. Vide num. 1282. & seqq.

2662. Quid si in concursu dao repenantur æqualis merit, non potest Prelatus aliquid ab uno recipere, ut illi p̄ alio conferat; & si accipiat, tenetur restituere, quia ex Jure Canon. beneficia sunt conferenda gratis. Vide in pag. 2. propos. 22. ab Alex. VII. dann.

RADICES RESTITUTIONIS

2663. **S**unt quatuor. 1. Ex iustitia acceptione, ne, aut retentione. 2. Ex re accepta. 3. Ex damno illato. 4. Ex contractu. Injuria acceptio habetur, cum quis rem alterius scienter, invito rationabiliter domino, surripuit; & dicitur possessor male fidei. Res accepta: cum quis rem alterius bona fide acceptit, seu possedit; & dicitur possessor bona fidei, qui statim ac advertit, & venit in cognitionem, rem esse alterius, tenetur restituere, ut infra; alias incipit esse iustus detactor. Damnum illatum: ut cum quis per actionem injustam damnum alteri infert, v. gr. occidendo, segetes comburendo, &c. Ex contractu, & hoc dupliciter. 1. Ex contractu iusti, qui, si fuit advertere iustus celebratus, æquivaler iustus acceptio, si bona fide, rei accepta. 2. Ex contractu iusti, sed postea latu, vel ob pacta, & conditiones non observatas, vel ob moram culpabilem in solvendo, elapsio termino.

Hh 2

Oblik